Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



gloria Nobis ira concede vnitas Ut lucat serenus
actibus plenitudo adipisca dona tue gratie Herodis ut nullus
fiat locus quisquis in horis laude se exercet, per Sed
eternalis cum eisdem cantus tecum sit dnis Sin cachin
In illo tpe. angelus domini apparuit in
somnis ioseph dicens. Surge et accipe
puerum et matrem eius. et fuge in egiptum et
esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim
ut herodes querat puerum ad perdendum eum
Qui consurgens accepit puerum et matrem eius
nocte et secessit in egiptum et erat ibi usque
ad obitum herodis ut adimpleretur quod
dictum est a domino per ysaiam dicentem. Ex
egipto vocavi filium meum. Tunc herodes
videns quoniam illusus esset a magis
iratus est valde et mittens occidit omnes
pueros qui erant in bethleem. Et in
omnibus finibus eius ab vnatu et infra
secundum tempus quod exquisierat a ma
gis. Tunc adimpletum est quod dictum
est per ieremiam prophetam dicentem. Vox
in rama audita est ploratus et vlulatus
multus rachel plorans filios suos et
noluit consolari. quia non sunt Credo
non dicitur nisi sit dnica. Off. Anima
nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium
laqueus contritus est et nos liberati sumus Sec.
Sanctorum tuorum nobis domine pia non desit

oratio que et in ramis palmarum